

In multis admittitur etiam minoris aetatis quia aetas senectutis non est determinata.

Illius signa.

Annus sexagesimus sufficere esse inchoatum.

Nomen sexagenarii inchoatum designare.

Sexagenarios a lege ieiunij excois, cui quo stat Bulla concessio.

se praestitisse existimant, si sexagenarios esse executandos evincant, quod negant plurimi. Est autem valde probabile in multis ex quinquagenariis dictis obligationem cessare ieiunij, quia senectus festinavit in illis, debilitate virium, & incommodis aliis senum propriis deprehensa. Quod obseruat P. Sancius supra Dub. 4. num. 3. idque ex multorum Doctorum, quos num. 2. adduxerat, doctrinam deducit, asserentium ab Ecclesia non esse determinatum tempus senectutis, in quo cesset obligatio ieiunij; sicut neque ex natura rei est determinata senectutis aetas. Pro quo & Thomas a Jesu in Expositione Regulae Carmelitarum, Parte 3. cap. 8. dub. 4. Ex quo fit non solum quinquagenarios cum additamento quinquennij, sed & minoris aetatis, ab obligatione dicta immunes habendos, quia in illis adproperavit senectus, cuius indicia, praeter debilitatem, sunt nimia canities, dentium ac molarium defectus, in somnia pituitae copia, quod lumen oculorum eorum & iptum non sit cum eis, vt dolebat Vates, &c.

264 Stante ergo obligatione dicta absolute loquendo, inquiri secundo potest an ad gaudendum privilegio Bullae in usu ouorum & lacticianorum debeant anni sexaginta esse completi, vel sufficiat esse inchoatos. Et videtur satis probabile inchoatos sufficere; quia cum lex numerum annorum in fauorabilibus praescribit, sufficit vltimum esse inchoatum. L. Quae aetate. D. de testamentis, nisi contrarium exprimat, vt exprimit Concilium Tridentinum, cum de professione Religiosa loquitur Sessio 25. de Regularibus, cap. 15. non tamen in aetate ad Ordines sacros, vnde vltu receptum est vt annus vltimus inchoatus sufficiat. Pro quo Doctores, quos adducit Barbosa circa Cap. 12. Sessio 23. Cum etiam sexagenarius non eum tantum significet, qui sexaginta annos habet, sed qui sexagesimum ingressus est. Currens enim annus cum omni proprietate sexagesimus dicitur, sicut & alij currentes; alias non esset conueniens ille significandi modus, cum nequeant numero anni praecedentis designari. Et sicut annus, ante quem alius non est, primus dicitur, etiam si completus non sit, vnde Pontifices dicunt, Pontificatus nostri anno primo; ita est de sequentibus dicendum. Sicut ergo annus sexagesimus dicitur, ita & ab eo sexagenarius potest quis appellari. Vnde sapienter Caietanus. V. Ieiunium, ait exulari sexagenarium, seu sexaginta annorum. Vbi sexagenarium vocat eum, qui sexagesimum agit: sexaginta autem annorum illum, qui compleuit. Et est iuxta regulam aliquorum, quos adducit Siluester. V. Aetas, num. 4. dicentium, cum annus explicatur per genitiuum, illius complementum designari: & ita tenet P. Mendus Dissut. 18. num. 10. Est autem hoc privilegium ab eo independens, quod in sexagenariis quamplurium sententia Doctorum agnoscit, vt non teneantur ieiunare; quam robuste confirmat P. Sancius Lib. 7. de Matrimonio Dissut. 32. num. 17. & dubio 4. citato, num. 6. vbi & pro eadem Doctores adducit. Pro qua etiam alijs citatis militat Diana Parte 1. Tractat. 9. Resolut. 20. Trullench Lib. 1. §. 4. dub. 4. num. 4. adducens Nauarrum, & P. Lessium Lib. 4. Cap. 2. num. 41. Dom. Solorzanos Tomo 2. lib. 1. cap. 5. num. 60. alijs adductis.

Remigius Pag. 217. num. 1. Bassæus V. Ieiunium 2. num. 6. §. Proinde, tamquam pro maxime probabili, sicut & alij apud ipsum. Est inquam independens, quia licet sententia dicta vera non sit, & quis contrariam teneat, potest privilegio Bullae vti, non quidem lege ieiunij solutus, sed illud usu ouorum ac lacticianorum peragens.

265 Moniales etiam eodem beneficio gaudent: sed quia est opinio, iuxta quam illae, si quinquagenariae sunt, à ieiunij obligatione exemptuntur, quam tenet P. Sancius Dub. 4. citato num. 6. vbi sic absolute pronuntiat: Et ideo feminae quinquagenariae heobligantur à ieiunio: licet citata Dissut. 32. in fine, eam non esse in praxi tutam affirmet. Naldus V. Ieiunium num. 2. Narbona, Zoësius, Machadus, & P. Pellizarius, quos adducit Diana Parte 9. Tractat. 7. Resolut. 73. qui ait se eam non audere tamquam improbabilem damnare, quam & non improbabilem affirmat Trullench supra. Quia inquam talis opinio probabilis extat, vnde eam vt talem ex Diana proponit P. Busenbaum in Medulla Theologiae moralis, lib. 3. tractat. 6. cap. 3. dub. 2. num. 2. Dubitari potest an in ea aetate Bulla beneficio gaudeant, sicut viri in sexagenaria. Et videtur sane probabile; probarique potest ex eo quod plures ex citatis Doctoribus adducunt, ad probandum sexagenarios lege ieiunij non teneri, privilegium Bullae pro ipsis in ordine ad oua & lacticia: Quasi consentaneum naturae sit, vt in ea aetate defectus naturae consulant, vt post alios loquitur Diana Resolut. 20. citata. Ergo cum in ea concessione Moniales etiam comprehendantur, vt est innegabile, & ratio eadem militet in illis, si quinquagenariae sunt, videtur satis verosimile ad illas tale beneficium extendi. Item, iuxta dicta num. 250. beneficium Principis late interpretandum est, quando non est contra ius: atqui in praesenti ita accidere ostendi ex eo potest, quia licet privilegium edendi oua & lacticia contra ius sit, in eo tamen quod quinquagenariae feminae viri sexagenariis exequentur propter rationem eandem in ipsis repertam, & fortassis in illis maiorem, ob conditionem sexus notabiliter debiliorem, nihil speciale contra ius fit, sicut nihil speciale fit in viris praeter communem dispensationem. Ex quo fundamento existimare aliquis posset eos, qui ante annum sexagesimum senescunt, iuxta dicta num. 263. privilegio Bullae gaudere, quia sexagenarii sunt, non formaliter sed aequivalenter: & sexagenalis annorum numerus valde materialiter se habet in ordine ad Pontificum intentionem, qui naturae intendunt debilitati consulere in ea aetate frequentius occurrente. Sufficere autem in foeminis quinquagesimum annum inceptum affirmat Narbona apud Dianam Resol. 73. citata. Sicut & alij de sexagenariis apud eundem, & etiam apud P. Busenbaum supra. Et non solum obligationem Ecclesiastici ieiunij cessare, sed etiam Religiosi ex praepo, atque etiam ex voto, nisi post eam aetatem facta, aut cum expressa illam comprehendendi voluntate emisso, tenet P. Pellizarius Tractat. de Monialibus, cap. 6. num. 25. & ante illum P. Sancius Lib. 4. operis moralis, cap. 11. num. 54. & 55. Licet autem ex beneficio Bullae id tantum liceat quod diximus, illud privilegia alia non excludit, quale est Religioni equestri

Moniales quinquagenariae simili privilegio gaudent.

P. Sancius.

Diana.

Senescentes ante 60. gaudere aliorum privilegio.

In foeminis 50. inchoatos sufficere.

Etiam in ieiunij ex voto, aut praepo similitur phisosophant.

Privilegium aliud simile Ordini S. Iacobi concessum.

De illius vigore praesenti dubitatur.

equestri D. Iacobi à Leone X. concessum, & nuper impressum Matrili iussu Ordinis eiusdem, vt scilicet en los dias quadragesimales, y otros del año, en que se prohibe comer carne, manteca, suenos, y lacticianos, por derecho, & colymbre, & por regla, & estatuto de la dicha Orden, & en otra qualquiera manera, podais libre y licitamente comer dicha manteca, suenos, y lacticianos, y carne, con consulta de ambos Medicos, temporal y espiritual. Cuius communicatio latissime patet, sicut & alia ibidem iuxta qua Confessarii poterant commutar en otras obras de piedad, los votos, ayunos, y quales quiera otros preceptos: quinque tamen ordinariò excipiuntur. Non videtur autem certum praedictam Bullam modò vim suam retinere, quia ex eo fieret Religiosis non esse Cruciatam necessariam; quia omnia ferè in illa concessa, vigore dictae Bullae licent, etiam quoad electionem Confessarii, qui absolute à referuatis etiam Sedi Apostolicae, nonnullis demptis. Communicatio enim ad omnes ferè Religiones extenditur. Vnde & Bulla Cruciatæ de Equestribus Ordinibus mentionem specialem facit. Videantur dicta num. 257. & clausula illa Bullae eiusdem: Excepto las concedes a los superiores de las Ordines Mendicantes para confus Frayles, de qua etiam num. 274. praeter illas gratiae aliae omnes reuocantur; quia verò probabile est idem esse de Ordinibus dicendum, qui privilegium communicationis cum Mendicantibus habent, videant Iacobitæ an ex illis sint, & tunc sua Bulla, nisi S. Cruciatæ Tribunal obliteat, perfruantur. Vide num. 286. & seq.

§. III.

An usus Bullae quoad ieiunia, & alia possit à Prælatis limitari.

Afferio 1. superiores non posse usum Cruciatæ limitare.

266 Dico primò. Generaliter loquendo id fieri nequit; quia si par in parem non habet potestatem, multò id potius de inferiore dicendum, vt est omnium comperta doctrina vnde si Commissarius etiam subdelegatus tale quid nouerit, Prælatus huiusmodi poterit digna animaduersione ferire. De quo P. Mendus Diss. 4. n. 21. Quidquid eum Villalobos dicat Diana Parte 1. tract. 11. Resol. 99.

Afferio 2. posse ex privilegio.

Dico secundò. Ratione alicuius privilegij potest facultas prohibitionis haberi. Id clarum; quia cum totum Cruciatæ negotium à Pontificis voluntate dependeat, potest illud pro libitu dispensare.

Afferio 3. neque tale privilegium dari posse, ex suppositione concessio Cruciatæ.

267 Dico tertio. Nulla extare in Prælatis potestas potest, ratione cuius valeat Bulla vltus impediri, neque à Pontifice concedi supposita facultate illam accipiendi, vt modò conceditur. Quod probo: nam alias Pontifex sibi esset contrarius, dum quod vnà concedit viâ, aliâ impediri permittit. Esset etiam contractus claudicans ex parte illius, dum elemosynam petit & accipit ab eo, qui sub spe concessionis attribuit; & eam quam promittit gratiam, non plenè largitur; quandoquidem ad eam impediendam aliunde tribuit facultatem. Si dicas promittere, sed cum subordinatione conuenienti erga Prælatos, quod ipsi recipientes agnoscent, & ita iniuriam illis non fieri, quæ scienti & volenti non fit, vt est

vulgaris iuris regula. Contra est; quia id nequit admitti: accipientes enim Bullam non ita intelligunt, sed potius oppositum, & in Bulla limitatio talis non est: neque esset qui illam sumeret, si tale sibi quidquam persuaderet.

268 Dico quarto. Si à Pontifice concedatur facultas limitandi gratias Bullae, peccabit grauius Prælatus, qui id sine graui causâ faciet: Probatur; quia valde irrationabile est vt beneficium Principis defraudetur quis, pro quo praesertim pactum praecessit, ex inordinatâ inferioris cuiuslibet voluntate. Id quod respectu Pontificis maxime locum habet, negotium agentis salutis animarum. Vnde circa hæc dicendum, quod circa Bullae sumptionem diximus num. 255. vltum scilicet esse licitum, non obitate prohibitione, quia nullius illa roboris est.

Dico quinto. Aliqua sunt, circa quae non potest rationabilis causa prohibitionis inueniri. Hoc patet in Indulgentiis per Bullam concessis. Quae enim ratio adduci queat ad eas prohibendas, ex quibus exitium adeo lucrum animarum resulat, & ex quibus nihil sequi potest, quod aliquatenus possit Regulari obseruantia contrariare? Et ex hac regula sunt alia mensuranda: si enim Regulari discipline non aduerferent, eorum nequit vltus prohiberi.

269 Dico sexto. Circa ouorum & lacticianorum privilegium potest prohibitio verari, non directe, sed per accidens, siue per subtractionem materiae, quatenus Prælatus non tenetur specialia alimenta privilegio gaudentibus prouidere, cum ad communem tantum victum pro iis, qui aegroti non sunt, videatur obligatus. Quod quidem intelligendum est quando domus bonis caret ad huiusmodi ciborum differentias, aut sine alio notabili incommodo id fieri nequit. Si autem non ita egeat, & incommodum non est notabile, debet privilegio gaudentibus condescendere, idque sub mortali; quia Pontifex illis privilegium concedit, quo vt queant secundum obseruantiam regularem, ita vt non debeant pro comparandis ouis & lacticianis pecunias quætere, & eas Prælatis offerre, aut ipsi emere, & paranda curare domi, vel apud saculares: quæ quidem Religiosam non decent grauare. Res autem hæc non debet iudicari leuis, cum circa id versetur quod sub mortali prohibetur, iuxta receptam, communique vltu firmatam sententiam; & licet prohibitio sub veniali tantum obliget; non ideo Prælati obligatio leuis censenda est; quia eo ipso quod talis sit, maius ius est sexagenariis ad vltum talem, & ita maior est obligatio eisdem prouidendi.

270 Dico septimo. Quod ad factum attinet, Gregorius XIII. in Bulla Ann. 1575. die 3. Maij, quæ incipit: Decet Romanum, & varia continet indulta pro Societate nostra, sic post alia loquitur: Ne quis autem Apostolicorum indultorum praetextu regularem ac exemplarem instituti praedictae Societatis disciplinam, quam modis omnibus retineri & conferuari volumus, dissoluere aut relaxare praesumat, non esse, nec fore vnquam mentis nostrae, aut Sedis Apostolicae, vt persona Societatis absque expressa superiorum eiusdem Societatis licentiâ, vt antur facultatibus, quæ in Iubileis, Bullis Cruciatæ, Confessionalibus, aut alijs quibuslibet Apostolicis indultis, siue Communica-

Afferio 4. sine graui peccato limitari non posse, etiam postio privilegio.

Afferio 5. In quibus ratio esse congrua limitationis nequeat.

Afferio 6. quæ obligatio Prælatis sit, circa cibos sexagenariis prouidendos, quando illos vltimo do nequeat prohibere.

Afferio 7. specialis facultas ad limitandam Cruciatam à Gregor. XIII. concessa Societati.

Sue priuatis personis, sine piis locis, aut quomodo-
cumque aliter hactenus concesserunt, aut in posterum
concedentur, etiam si in illis expresse indulgeatur, ut
omnes Regulares, etiam Mendicantes, huiusmodi facul-
tatis vti possint. Sic ille. Ex quo videtur aper-
te sequi posse Superiorem Societatis Bullam vsum
prohibere tantum in his, quae regularem disci-
plinam videntur relaxare, secus in aliis, de qui-
bus dictum Assertionem 5. ad quae etiam spectat,
quod Assertionem precedentem diximus: vsum enim
ouorum & lacticianorum in Sexagenariis nequa-
quam Religiosam disciplinam dissoluit aut rela-
xat, sed valde illi conformis est, cum ad charita-
tem Superiorum spectet Senum curam specialem
gerere, quod diuinis & humanis legibus admo-
nemur. Et videri pro eo potest Dom. Solorza-
nus Tomo 2. Lib. 1. Cap. 5. numer. 60. & sic alia,
quae in Bulla Cruciatum occurrunt, praeter ele-
ctionem Confessarij, de qua infra.

Quid pro-
hibere
possint il-
lus Superi-
ores.

Declaratio
eiusdem
Pontificis
circa vsum
Indulgentiarum

Sine eo
stare pri-
uilegium
eiusdem
posse.

Quod potest
ex parte
admitti, &
ex parte
recusari.

Præfatio
priuilegio
Religionis
gaudere,
quod reuo-
caturum non
est.

qui reuerentiam Apostolicis statutis debitam pen-
nitentia ignorarunt. Ex quo fit neque a Commis-
sario posse tale indultum suspendi, quia ad hoc
conceditur, ut non possit impediri, cum versetur
circa Bullam ipsam. Et ab eisdem Grego-
rij Commissario planum est non potuisse suspen-
di: atqui omnes alij aliorum Pontificum non
maiori circa hoc gaudent potestate, quandoqui-
dem non alia est eorumdem Pontificum mens,
ex verbis Gregorij constat, dum id non expri-
munt: ergo neque suspendi ab illis potest. Prae-
terquam quod gratia a Commissario suspensa
reualidatur acceptione Bullae: ergo ea à Reli-
giosis sumpta, Praelatorum potestas vim suam
resumit: & certe si Praelatus Bullam sumat, id
erit apertius. Cum aliis ex ipsius Bullae tenore
constet non suspendi gratias & facultates Superi-
oribus Ordinum Mendicantium concessas in
ordine ad suos Fratres: ex quibus vnam hanc,
de qua loquimur, esse liquet. Et pro suspensio-
ne dicta fit iam

Neque a
Commissario
potest
reuoari.

S. IV.

Bulla an sit Religiosis necessaria ad In-
dulgentias lucrandas & gratiarum
aliam fructualem.

273 IN primis certum est Bullam necessariam
esse ad earum Indulgentiarum lucrum,
& gratiarum vsum, quae per Bullam ipsam con-
ceduntur: idque ex Bullae ipsius textu habetur
manifestum, dum in ea dicitur: *T por por quanto
vos. N. distes la Limosna, que auemos casada y decla-
rado, y recibistes esta dicha Bulla escrito en ella vuestro
nombre, declaramos, que auéis conseguido, y se os
conceden las dichas Indulgentias, gracias, y facultades* &c. Quod quidem circa Religiosos ita intel-
ligendum est, ut si aliis gratiam aliquam simi-
le habeant, quae ad saeculares non spectet, de quo
inferius, Bulla pro eius vtu non fit ipsis necessa-
ria. Sic enim Religiosi visitantes Ecclesias suas,
& in eis pro exaltatione S. Matris Ecclesiae oran-
tes, pro extirpatione haereticum, Principum Chri-
stianorum concordia, ac salute Pontificis, in die-
bus Stationum, Indulgentias omnes lucrantur,
quae Romae intra & extra muros possunt obtine-
ri: concessione Pauli V. qui Indulgentias Reli-
giosorum ad certum censuit numerum reducenda-
das. Per Bullam autem similis concessio habe-
tur, & conceditur visitantibus quinque Eccle-
sias, aut quinque altaria in vna, aut pluribus, &
pro concordia Christianorum Principum, ac vic-
toria contra infideles orantibus. Vide tamen
infra. num. 282.

De quibus
certum
Indulgenti-
um.

Bulla ta-
nor.

Facultas
suspendendi
gratias
Commissario
con-
cessa.

274 Deinde. Verba Pontificum praemitten-
da sunt, ex quibus fauor Religiosis in hac parte
exhibitus possit intelligi, & circa illorum tenore
dubia quaedam occurrence pariter expediri.
Sic ergo aiunt illi, Item Praedicto Commissario, &
Receptorum generali datur facultas, ut suspendere possit
dicto anno durante, omnes similes & dissimiles Indul-
gentias, & facultates ab eisdem, & Sede Apostolica,
vel eius auctoritate, quibusvis Ecclesiis, Monasteriis,
Hospitalibus, piis locis, Vniuersitatibus, Confraterni-
tibus, & singularibus personis etc. concessas. Ita

ut neque interim publicari possint, neque publicari
cuius hominum communitate, vel diuina suffragentur
exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium Superi-
oribus quoad eorum Fratres tantum. Item. Dicitur
Commissario etiam conceditur facultas, ut ipse per
se, vel alium; seu alios, quando, & quoties sibi vide-
bitur, Indulgentias, & alias gratias per eum suspensas,
in fauorem illorum, qui praesentium gratiarum in hanc
causam pro Religionis defensione concessarum partici-
pes effecti fuerint, reualidare absque aliquo praemio
possit. Sic Pontifices; iuxta quorum concessio-
nem Commissarius, cum publicatur Bulla, du-
rante praedicationis tempore, praedicta omnia
suspendit, & Bullam sola acceptione reualidat, ut
illis vti particulares personae possint: alia autem
quae personalia non sunt, eatenus currere permit-
tit, quatenus eidem fruiuitur Bullam habeant,
ut Iubilaeum, Stationes, & similia, pro quorum re-
ualidatione nihil accipitur, iuxta Pontificiam de-
terminationem: licet Notariis stipendium ali-
quod dari soleat ab iis, qui reualidationis testi-
monium accipiunt, quamuis multoties necessa-
rium non sit, & vna Commissarij Rubrica suffi-
ciat, & forte neque ista opus sit. Vnde animadu-
uertendum, cauendumque, ne in negotio hoc,
in quo locum esse quaestui Pontifices nolunt,
immo & ab eo abhorrent, aliquid huiusmodi
miscatur. Scio nonnumquam Iubilaeum aliqua non
publicari, ne sumptus fiat semper onerosus in
eo, quod gratuitum esse decernit benignitas lar-
gentis. Quomodo autem licere possit, ostendit
P. Quintanadueñas in Appendice Tract. 2. Dub.
5. In suspensione autem dicta eandem exceptio-
nem Mendicantium Ordinum Commissarius ad-
hibet, quam Pontifices praemiserunt & ita circa
illam difficultates quaedam dissoluendae, si forte
pro iis possit lux sufficiens inueniri.

Gratiarum
reualidatio
quomodo
fiat.

Notariis
quod datur
scriptulo-
sus atten-
dendum.

DIFFICULTAS I.

Quid nomine Indulgentiarum, Gratiarum,
& facultatum intelligatur in
praedicta exceptione pro Ordinibus Men-
dicantibus.

Ubi de forma absolutionis per Bullam.

275 Indulgentiae notio satis perspicua est ex
communi & recepto vocis vtu; est enim
remissio poenae peccatis debita, extra Sacramen-
tum per applicationem thesauri Ecclesiae, satis-
factionum, inquam Christi quae infiniti valoris
est, & Sanctorum, quas quidem obtulerunt ipsi,
sed pro eorum peccatis superabundantes fuerunt;
vnde ex mensura ita cogitata & superfluente
multum est relictum, quod in acceptatione
Dei thesaurizatum prodesset aliis potest, quorum
defectus eorum compensatione suppletur.
Vide bonam explicationem apud Trullenchi Lib.
1. 5. 1. Dub. 14. ex bonis Auctoribus deductam,
& praeter alios ex P. Suario Tomo 4. in 3. Disp. 49.
Sec. 1. Vbi illud quod dicitur Extra Sacramentum,
difficultatem videtur habere. Nam licet commu-
niter ita fiat, non tamen omnino necessarium
apparet: quia concedi Indulgentia plenaria po-
test

Difficultas
ex eo quod
dicitur
extra Sa-
cramentum
concedi

test contenti sua peccata: quamuis enim hoc
fieri generaliter nequeat, aliis vtu poenitentia-
rum Sacramentalium penitus tolleretur, in quo
grauissimum esset animarum detrimentum, tum
ob earum vtilitatem, tum ob peccandi licentiam,
quae inde resultaret. Quod tamen aliquando con-
cedatur, ut in hora mortis, propter rationem a-
liquam specialem, non videtur repugnare: im-
mo in vtu habetur pro Religiosis morti proximi-
s, & aliis imagines aut grana benedicta habenti-
bus. Vbi licet dici possit Indulgentiam tunc
non esse virtute Sacramenti, sed Confessarium
eius virtute eam poenam remittere, quae iuxta
institutionem Christi Sacramento respondet: à
Pontifice autem simul fieri applicationem ex
thesauro Ecclesiae: id non videtur satisfacere,
quia nec videtur repugnare ut à Pontifice con-
cedatur Sacerdoti potestas plenarie absoluedi, aut
etiam non plenarie: in quo euentu virtute abso-
lutionis Sacramentalis fit remissio ex intentione
ipsius, vnde Indulgentia etiam Sacramentalis est.

Expedita
illa, cum
notanda
doctrina.

276 Ad hoc dici potest concessio-
nem Indulgentiae dictae non repugnare, & verbis ab-
solutio-
nis posse concedi: nihilominus extra
Sacramentum dici, quatenus non fit virtute
Sacramenti, sed illi contingenter adiungitur:
absolutio enim talis poenitentis, iuxta disposi-
tionem eius omnino eadem stare potest, & verè
staret, etiam si nulla existeret Indulgentia. Quod
autem ex intentione eius extendatur ad pleni-
orem poenae remissionem, contingens est, quia ei-
dem verbis potest applicari, quod ex thesauro
Ecclesiae Pontifex applicandum relinquit, & ab-
solutio-
nis nomine significari potest in forma co-
suetudine, licet illa ad peccata, & non ad poenas ex-
pressè dirigatur. Vide P. Suarium Tomo 4. cit.
Disp. 10. Sec. 2. num. 7. P. Henriquez Lib. 4.
Cap. 11. num. 3. & Remigium pag. 283. Col. 2.
Sicut dicunt plures etiam ex Confessarij inten-
tione extendi posse ad excommunicationem,
quod & frequenter accidit, dum quis excommuni-
cati confessionem audit, & oblitus eius ab-
soluit à peccatis: tunc enim ex intentione
praecedenti absoluedi, ad excommunicationem
forma absolutionis extenditur: quia vult hic &
nunc verè absolueri à peccatis, & conlequenter
impedimentum absolutionis tollere, quod ex-
communicatione apponit, & ut demum posse abso-
lutionem à peccatis stare, manente excommuni-
catione, ut aliqui censent; est tamen illud illi-
citur; & qui absoluit, excommunicationis obli-
tus, nihil facere intendit, quod ex se licitum non
sit. Pro quo bene arguit Cardinalis Lugo Disp.
16. de Poenitentia num. 624.

Forma ab-
solutio-
nis
Bulle quo-
modo in-
telligenda.

277 Et hoc modo intelligenda est forma
absolutio-
nis, quae in Bulla apponitur: remissio
enim poenae intra eandem includitur, cuius sum-
ma est: *Absoluo te ab omnibus censuris, etiam Sedi
Apostolicae reseruat, & ab omnibus peccatis, & con-
cedo tibi Indulgentiam plenariam, & remissionem pl-
nam omnium peccatorum tuorum, & poenarum, quae
propter illa in Purgatorio pati obligatus eris, in nomine
Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Licet enim for-
ma absolutionis dicatur, & ita videatur omnino
Sacramentalis, non tamen ita accipienda est, sed
iuxta datam explicationem. In qua illud difficile
quomodo post Indulgentiae plenariae concessio-
nem,

Specialis
difficultas
circa illud.